



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ivdex Magistratvs Senator**

**Zype, Franciscus van der**

**Antverpiæ, 1633**

Cap. XI. De Relationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14280**

Clerici etiā ricus victum & vestitum sibi, quantumlibet verbo Dei erudi-  
ne orientur aut mendicant ex dum validi sunt, & artificiola & artes discant. c. 9. & 4. dist. 91.  
voto.

c. 2. ibidem. Quare nec Ordines, quos vocamus mendicantes, à  
turpi otio ita dicuntur, sed à diuitiarum contemptu, & humili  
perfectione: quod relictis amplis patrimonii in usus paupe-  
rum, seu alios pios, stipem ipsi ostiariam rogant, quā vitam te-  
nuiter tolerent, dum suae interim saluti, proximorumque in-  
fusant, & leuis momenti temporalia metunt, dum toto vite  
cursu, & studio spiritualia serunt.

7. Id tamen non satis piè quidam obseruant, vt vetent, ne  
Nec tamen eleemosynarū largitio recētata. qui mendico debili quamuis, & ægro eleemosynam largian-  
tur: non enim id statui potest, utpote pugnans cum lege di-  
recte veterina, quæ nunc ex charitate, nunc etiam ex iustitia dari ne-  
cessitatem patienti eleemosynam iubet. non aliud præco nun-  
ciet, aliud iudex clamet. fateor politicis & iustis sæpè ex cau-  
sis prohiberi posse ne qui mendicent, dummodo debilibus  
necessaria prouideantur: nec aliund egeni adueniant. singuli  
apud suos ciues, municipes, paganos maneant, necessaria postu-  
lent. Id quod etiā Principes nostri iusserunt, edictis editis: sed  
quid si apud suos alicui fame pereundum esset? quod si iaceat  
moribundus in plateis, cui licebit claudere viscera misericor-  
diæ: cui ut claudantur mandare? quis poterit obscurare minas  
Iudicis; Esuriui, & non dedistis mibi manducare; Sitiui, & non dedistis  
mibi potum; ite in ignem eternum? quem vadem contra has minas  
dabunt, qui quod Deus iubet ipsi vetant?

## C A P V T . X I.

## De Relationibus.

1.  
Lubenter audiend.e.

**S**Æpè Resp. eo morbo correpta est, vt à suis Magistrati-  
bus curari satis nequeat. id quod tempestiuè Principi  
denunciandum est, quem eas relationes lubenter audire  
oportet. Sicl. 4. C. de off. mag. offic. quemadmodum, ait, se militum  
numerus habeat, castrorumque ac clausurarum cura procedat, quotan-  
nis significare nobis propriâ suggestione procures. Sed tamen dignas  
principatu. res minutæ nec consecetur, nec admittat. vt Ti-  
berius Senatum arguebat, quod cuncta curarum ad Princi-

2.  
Sed digna principatu seu causis gradu.

pem

RHODIT

pē reiicerent & in Senatu dixit, neq; ædilis neque, cōsulis *per-*  
*jonas se sustinere, subdens maius aliquid & excelsius à Principe postu-*  
*lari.* Tac. l. 3. quod gradatim ad superiores Iudices, Magistra-  
*tus, & Episcopos spectat, vt maioribus ipsi se negotiis de-*  
*dant: minora iis, quos sub se habent, relinquāt, dummodo* <sup>Minores ad</sup>  
*in ipsos inuigalent. ad exemplum Cosmi Magni Ducis, qui* <sup>minores</sup>  
*importunè à quodam interpellatus, respondit cāluse illius*  
*cognitionem ad octo viros spectare, eorumque arbitrij esse*  
*sententiam pronuntiare.* Tiberius autem, *cui neque virtus,*  
*neque sapientia, dummodo vellet, vñquam defuit, vim principatus fibi*  
*firmans, imaginem antiquitatis Senati præbuit, postulata prouincia-*rum ad disquisitionem patrum mittendo.* Tac. l. 3. Ann. & 2. An. adhuc  
*frequens senatoribus si quid è Rep. videretur, loco sententia dicere.*  
*& i. an. de Augusto, cuncta per Consules incipiebat tamquam vetere*  
*Rep. & iterum insurgere paulatim; munia senatus, Magistratum, le-*gum in se transferre nullo aduersante.***

Ex his causis vetus Ecclesiæ decretum est, vt omnes Epi-  
*scopi per orbem vniuersum constituti ad sedem Rom. sin-*  
*gulis bienniis, trienniis, quadrienniis, quinquenniis, pro-*  
*diitantia prouinciarum venire, aut morbo seu alias legitime*  
*impediti, è clero suo aliquem mittere teneantur; vt referant*  
*statum suæ diocesis Vniuersali Pastor, & diligentie suæ, ac*  
*prosæctus populi, rationem reddant in limitibus relationem*  
*annuam exigit d. l. 4.*

Libenter relationes ergo audiant Principes, & magni Ma-  
*gistratus. l. 2. off. urb. subordinatè enim inferiores recurrere* <sup>Frequentiter</sup>  
*debent. Vnde legatos non oportet Principem consulere, sed*  
*Proconsulem suum. & hic ad consultationes Legatorū debet*  
*respondere. l. 6. de offic. Procons. Porrò aliquando sunt necessa-*  
*riæ, vt si quid Princeps mandauerit quod contra legē sit, nun-*  
*tiare enim debet Princi, & secundam præceptionem sus-*  
*cipere. Auth. demandat. Princi.*

4.

5.

*Et subor-*  
*dinate.*

X CA-